



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

105. An reus pœnam pecuniariam meritus, si iuridicè interrogatus crimen
à se admissum iniustè neget, teneatur ad restitutionem? Ex part. 4. tr. 4.
& Mis. res. 65.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

gatione ininitur, sit iniusta, non tenetur tamen ipse reus cum tanto proprio detrimento se offerre ad veritatem aperciendam, sed satisfacit animo soluendi parti aduersæ expensas factas, vel alia quantum verò ad offensam factam iudici interroganti, denegando illi debitam obedientiam, satisfacit dolore peccati, & proposito obediendi, si iterum illum interroget. Sed hæc omnia dicta sunt stante opinione, quòd reus legitime interrogatus, teneatur respondere, sed ego contrariam sententiam teneo, idèò queritur.

RESOL. CV.

An reus pœnam pecuniariam meritus, si iniuridicè interrogatus crimen à se admissum iniuste neget, teneatur ad restitutionem? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 65.

Prima sententia affirmat. Ita Sotus lib. 1. q. 6. Molina de iust. tom. 1. tr. 2. disp. 95. circa finem. Castus de lege pœn. lib. 2. cap. 12. & alij.

Secunda opinio distinguit, nam si sermo sit de pœna iudicis arbitrata ob commissum crimen imponenda ac fisco inferenda, non tenebitur restituere reus, vel reus si iniuste neget etiam iniuste interrogatus; si vero loquatur ipso facto, seu criminis admissione contracta, tenebitur utique restituere, quia tunc agitur directè ad pœnam soluendam, cuius iam reus factus est, qui etiam admittit; ergo, &c. Ita Layman in Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 7. n. 4.

Tertia sententia absolute docet reum pœnam pecuniariam meritam, si iniuridicè interrogatus crimen à se admissum iniuste neget, non teneri ad restitutionem, quia in tali casu non peccat propriè contra iustitiam commutativam, sed contra iustitiam publicam & iudicalem; ergo ad nullam tenetur restitutionem. Ita Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 22. numer. 22. Valquez in 1. 2. disp. 175. cap. 12. Azorius tom. 1. lib. 5. cap. 8. quest. 5. & alij. Vnde omnes istæ tres sententia sunt probabiles; sed ego tertia tanquam probabiliori adhaereo.

RESOL. CVI.

An reus à iudice interrogatus, si negavit delictum, ex cuius commissione pœnam pecuniariam teneatur solvere, sit restitutioni obnoxius?

Ex doctrina huius questionis inferitur vxorem adulterij accusatam, & falsis rebus se tuerem, aut opponendo licet falso simile adulterium viro, minimè teneri dotem, aut alia bona viro suo restituere, quæ ille alioquin propter mulieris adulterium lucrari deberet, vel ad quid teneatur?

Et an index iniuste non condemnans teneatur ad restitutionem pœna pecuniaria fisco, vel parti læsæ soluenda?

Et an Procurator Fiscalis non accusans, & index non condemnans, teneatur ad restitutionem, & pœna compensationem? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. Ref. 52.

Affirmatiuè respondent Molina de iustit. tom. 1. tr. 2. disp. 95. propè fin. Sotus de iust. lib. 1. qu. 6. art. 6. Castus de lege pœnali lib. 2. cap. 12. §. ex his, & alij; nam, etsi index ante latam sententiam ius non habet exigendi pœnam pecuniariam à reo, habet tamen ius ad inquirendum de delicto ad dictam pœnam inferendam. Ergo si reus neget, iniuste impedit iudicem à dicta pœna consequenda, ac proinde restituere tenetur. Et hanc sententiam docent etiam nouissimè Layman in Theolog. mor. lib. 3. sect. 5. tractat. 2. cap. 7.

num. 4. & alij in casu, quo pœna illa sit ipso facto imposita à lege propter criminis admissionem, seu autem si pœna sit iudicis arbitrata criminis imponenda.

2. Sed absolute, & sine vlla distinctione mihi contraria sententia probabilior videretur, quam tenent Tannerus in 2. 2. disp. 4. quest. 6. dub. 2. num. 76. Nauart. cap. 18. numer. 49. Azorius tom. 1. lib. 5. cap. 8. quest. 5. Valquez in part. 2. disp. 175. cap. 12. Lessius lib. 2. cap. 31. dub. 8. Sanch. in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 22. numer. 22. & alij. Et ratio est, quia reus in tali casu lædit iustitiam publicam, & vindictiuam, non autem iustitiam commutativam, ex qua oritur obligatio restitutionis. Ergo non tenetur restituere. Hinc inferitur contra Layman vbi supra, vxorem adulterij accusatam, & falsis rebus se tuerem, aut opponendo, licet falso, simile adulterium viro, minimè teneri dotem, ac alia bona suo viro restituere, quæ ille alioquin propter mulieris adulterium lucrari deberet, sed tenetur tantum restituere litis expensas, & famam iniuste oblatam, & ita tenet Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 10. disp. 8. num. 14.

3. Notandum est etiam hæc obiter contra Syluestrum, Salonium, Carbonem, Valquez, Layman in Theologia mor. lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 5. num. 7. & alios, iudicem iniuste reum non damnantem, non teneri ad restitutionem pœna pecuniaria fisco, vel parti læsæ soluenda. Ita probabiliter Tannerus in 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 2. num. 81. & alij cum Azorio tom. 1. lib. 5. cap. 8. quest. 5. ad 4. & Lessio lib. 2. cap. 13. dub. 10. n. 73. vbi sic asserit. Neque Procurator Fiscalis non accusans, neque Index non condemnans, tenetur ad pœna compensationem.

RESOL. CVII.

An si is, cuius bona ob crimen iniuste sunt confiscanda, vel decipienda, si hac fraude, aut mendaciis impediatur, teneatur ad restitutionem?

Et ex doctrina huius questionis multi alij casus deduci, & decidi possunt, & in textu huius Resolutionis octo casus assignantur pro praxi supradictæ difficultatis & questionis. Ex p. 3. tr. 6. & Misc. Ref. 35.

Affirmatiuè respondent Molina de iustit. tom. 1. tr. 2. disp. 95. num. 36. Layman in Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tr. 2. cap. 6. num. 4. & ante illos Sotus de iust. 1. 1. q. 6. a. 6. & Cast. de l. pœn. lib. 2. c. 15. §. ex his, quia iniuste impedit pœnam fisco, vel aliis applicandam, & debitam, per sententiam. Et confirmatur à fortiori, quia, vt supra visum est, iniuste impediens vi, vel fraude, aut mendaciis rem non debitam, vt legatum, quod restator volebat alteri relinquere, tenetur restituere; ergo magis tenebitur, quando res est debita, vt est in casu proposito. Vnde inferit Molina loc. cit. integrum principia esse fisco, cui constaret reos iniuridicè interrogatos negasse verum crimen, vt compensatione occulta bonorum, quæ lata sententia erant sibi applicanda, aut esto pœna ipso iure non incurreretur, erant sibi in pœnam applicanda; eo quòd reus ius suum iniuste impederit.

2. At his non obstantibus contrariam sententiam probabiliorē esse existimo, quam docent Tannerus in 2. 2. Dini Thoma, disp. 5. quest. 6. dub. 2. num. 76. Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 18. num. 134. Azorius tom. 1. lib. 5. c. 8. quest. 5. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 22. numer. 22. Valquez in part. 2. tom. 2. disp. 175. cap. 12. nu. 13. & 14. Carbonius de rest. quest. 31. conclus. 5. Bañes, Aragon, & Saloni in 2. 2. quest. 62. contr. 2. art. 3. Nauart. cap. 18. num. 49. & alij. Et ratio est, quia huiusmodi occupatio bonorum

Sup. hoc in Ref. seq. 9. Secundo.

Sup. hoc in Ref. seq. 8. Tertio, &c. & lege in 10. 5. tr. 10. Ref. 129. & 99. cius not.

Sup hoc in Ref. seq. ad lin. 3. §. Tertio.

Sup hoc in tom. 5. tr. 10. Refol. 120. propè fin.

Sup. in Ref. quæ nunc est in tom. 8. tr. 7. R. 48. lege eius casu proposito. Vnde inferit Molina loc. cit. integrum principia huius questionis, vt in ultimis eius lin. ab Authore adducitur.

Sup. hoc in Ref. seq. 9. Secundo.

Sup hoc in Ref. seq. 8. Tertio, &c.

Sup hoc in Ref. seq. 9. Secundo.